

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5516

Auteur(s) : Guillaume, Lessay, Sainte-Trinité (abbé)

Bénéficiaire(s) : Hugues de Morville, Coutances (évêque)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1222, juillet

Lieu d'émission : Coutances

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume, abbé de Lessay, donne à l'évêque de Coutances le patronage des églises de Montchaton, Saint-Sauveur-Lendelin, Omonville, Ourville, Orval, Laulne et Heugueville-sur-Sienne. L'abbaye garde des droits sur ces églises et obtient en échange un canonicat dans la cathédrale pour l'abbé de Lessay. L'abbé aura tous les droits des chanoines, sauf celui d'élection. Sa prébende sera constituée des droits de l'église d'Ourville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 328, p. 472-473.

Texte établi d'après a

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, W[illelmus], abbas Exaquii et conventus, salutem in Domino. [...] communi assensu ex toto, commisimus venerabili in Christo Patri H[ugoni], Dei gracia [Constanciensi] episcopo, ordinationem ecclesiarum quarum patronatum canonicè fueramus adepti [...] de Moncathon, de Saint Sauveur Lendelin, de Osmondevilla, de Orvilla, de [Ovenovilla] et de Aureavalle, de Augna et de Heuguevilla, in Christi nomine humiliter ab eo postulantes, ut de fructibus earumdem ecclesiarum ita disponeret quod ecclesie nostre et ecclesie Constantiensis utilitati cederet et honori. Idem vero episcopus, communicato consilio capituli Constantiensis, de assensu et voluntate ejusdem capituli, benigne assignavit et donavit domui nostre Exaquiensi, in perpetuam elemosinam, in ecclesia de Monchaton, duas garbas decime in proprios usus convertendas, tertia garba cum altalagio in usum sacerdotis cedente ibidem ministrantis, salva nobis pensione solita decem et octo quarteriorum avene et novem quarteriorum frumenti et novem quarteriorum ordei ; in ecclesia Sancti Salvatoris, octo libras tur. cum pensione solita XXX solidorum tur., in ecclesia de Osmondevilla, medietatem garbarum cum pensione solita XV solidorum tur. ; in ecclesia de Ouenovilla, medietatem garbarum cum pensione solita VII solidorum ; in ecclesia de Orvilla, totas garbas decime. Nostram vero domum de Aurea Valle exoneravit victu sacerdotis quem percipiebat cum monachiis in eadem domo, volens et concedens quod presbyter qui ministrabit ibidem successive contentus sit tercio denario altaris et quinta garba decime, sicut fuit antiquitus institutum. Ecclesias autem de Augna et de Heuguevilla in augmentum capituli Constanciensis totaliter assignavit. Idem eciam episcopus, de assensu et voluntate capituli Constanciensis, ad vinculum dilectionis et familiaritatis inter nos forcius conservandum, constituit quod abbas Exaquii, quicumque fuerit, successive sit canonicus Constanciensis ecclesie et percipiat in eadem ecclesia, sicut alii canonici, beneficium communie, si presens [fuerit], et habeat stallum in choro et vocem in capitulo in omnibus agendis ecclesie, [excepta] electionis

causa ; fructus autem ecclesie de Orvilla canonie istius ecclesie constituit [...] in archidiaconatu [...]. Actum anno
gracie millesimo dec[entesimo v]icesimo secundo, mense julii, apud Constancias.